



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch

DFG Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

**'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB
Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."**

**Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis,
indicant funus ducendum d. 10. Decembris Matronæ
Consularis Dominæ Adelheidis Lampiæ ex gente
Pavenstedtia,**

Lampe, Adelheid

Bremæ, 1759-12-10

VD18 91021596

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-180

[urn:nbn:de:gbv:46:1-180341](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-180341)

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS,

indicant

funus ducendum

d. 10. Decembris

Matronæ Consularis

DOMINÆ

ADELHEIDIS LAMPIÆ

ex gente

PAVENSTEDTIA,

Natæ Bremæ d. 12. Julii. A. MDCXCVIII.

denatæ ibidem d. 6 Decembris A. MDCCLIX.

Ætatis Ao. LXI. M. IV. D. XXIV.

Typis, Viduæ b. H. C. Jani, quondam Illustr. Gymnasii Typograph.

nos affectus esse debere, cum sua ratione, divina revelatio dicitur
inestibus originem dixerunt. Propter hanc, erga exterram tam
ex dubio erroribus cognatum aut ex dubio morum terris apud
de contentum morum apud sapientiam, & sapientiam ad hunc, si ignorantiam
ter & sapientiam dicitur Philosophorum paginorum ex Socr. & Nichola Epistola
tunc nequit. In admodum sapientiam, expendentem magister, nisi errorum
quod errorum non pariter in viderendo errorum, que insuper debere habere
sentire ut dicitur communitate, cum experientia universi generis humani
optimum dicitur, opinionem in animo excitare & nutrire, cum videretur
& conscientia contrahitur, fallendi homines solum causa; præsertim
nullius momenti, excipere; simulati vero, speciem præ se ferre, cui nihil
stant, quam & hominem committitur & sequuntur, tanquam vitem
tam maxime letam, quæ est opibus, cum respectu errorum que circum
mentis excipiuntur, tunc restant. I. certum est enim nihil est indicium
se tam magno duci animo, & coram dubio arguunt, quibus & eo vobis
res & tripudia. Mentitur animi transpulsione, qui videri cupiunt
perinde, sive tam in lectulo amoralis operatur, sive abire ad cho
anini nullo solum ad commotionem dicitur ex hac videri, affectu, cui
mover. Pars vero est virtus adque similitudo, speciem præ se ferre
& revelatio indicant, componi, imperitiam tamen nihil & nihil com
poni, nihil tamen virtus, non committitur, & ad amantem, quam ratio



indicant
suus ducendum
d. 10. Decembris
Matrons Consulatis
DOMINAE
ADELHEIDIS LAMPFÆ



EX GENRE
PAVENSTEDTIA

Nate Prensæ d. 12. Julii. A. MDCCXCVIII.

Pertingentes ad ultimam lineam rerum in hoc orbe, nos mortales, sensu gravi, nisi is auxilio Philosophiæ & Relligionis fuerit delinitus, corripimur. Gelidæ mortis imago, afficit animum, ut indifferentem se, quicumque demum ex Adami posteris fuerit, gerere nequeat, nisi ejurato rationis usu, simul sensationem, quod *advvketov* prorsus est, Hexuerit. Quamlibet possit minui sensus acerbus, nobis connatus, & ad amussim, quam ratio & revelatio indicant, componi, superstes tamen affligit & animum commovet. Larva mera est virtutis atque simulatio, speciem præ se ferre, animi nullo sensu ad commemorationem discessus ex hac vita, affecti, cui perinde, sive fatum in lectulo emortuali opperat, sive abeat ad choreas & tripudia. Mentiuntur animi tranquillitatem, qui videri cupiunt, se tam magno duci animo, & curas quibus anguntur, quibus & eo vehementius excoquuntur, tegere gestiunt. Levisimi etenim animi est indicium, rem maxime seriam, qualis est obitus, tam respectu eorum quæ circumstant, quam & illorum quæ comitantur & sequuntur, tanquam vilem & nullius momenti, excipere; Simulati vero, speciem præ se ferre, cui mens & conscientia contradicunt, fallendi homines solum causa; præfracti & obstinati denique, opinionem in animo excitare & nutrire, cui refragatur, sensus ut dicitur communis, cum experientia universi generis humani, quod gloriam non quærit in vilipendio illorum, quæ susque deque habere natura nequit. In admirationem rapimur, expendentem magnifice, nisi arroganter & turgide dicta Philosophorum paganorum ex Stoa, & schola Epicuri, de contemptu mortis apud sapientem, & stuporemus ad illa, si ignoraremus ex quibus erroribus dogmatum aut ex quibus morum regulis atque consuetudinibus originem duxerunt. Prorsus aliter, erga extremum fatum nos affectos esse debere, cum sana ratione, divina revelatio dicitur. Quan-

Quamquam enim, hæc nequiquam laudet, ut abjecto animo ad illud contremiscamus & expavescamus, quod male actorum conscientia secum fert, mortem tamen ut hostem postremum naturæ, aspiciendum docet, quod, quomodo sine aversione & nausea, quæ si ad gradus notabiles ascendat, horrorem secum fert, fieri possit, nulli intelligimus. Uti benignum Numen, pro summa qua pollet sapientia, ex metu mortis a natura pendente apud homines, æque integros ac corruptos & restitutos, antidotum adversus majus malum, peccatum, mortis itidem causam atque venenarum aculeum, paravit, sic sensum, quo illam fastidimus, nunquam obtundere penitus, verum potius in nostra commoda commutare, docuit. Primis parentibus, ut a peccato abstinerent comminabatur supremus Legislator & iudex; Quo die comederis morte morieris. Horroremne mortis tantquam vitium vitiis opposuit? Et quum illum, absque labe, in suum beneficium potuerint experiri, homines labis & maculæ expertes, priusquam illius jugo, dicamus an promerita execrationi, obnoxii essent, an ab illo se suis viribus immunes præstabant, peccato sensuumque imperio a vitæ primordiis subjecti? Minus, ex certo consequutura mortis poena, sollicitationibus ad peccatum opposuit Deus, in omnibus, post lapsum cum hominibus pactis foederibus; Siccine sapientissimus æque ac sanctissimus Dominus, abusus fuisset naturali hominum defectu, si vitium esset mortem abhorreere ejusque accessu percelli? In Oeconomia ut dicitur legis, post erectum foedus Sinaiticum horrida, quæ mortem circumstant, voluit ob oculos sistere in illud receptis, ipsa victimarum oblatione, in schola, ut dici solet sacrificiorum, dum offerentis hostias, illasque suis manibus, sane in deserto jugulare ante fores Tabernaculi iussi, oculis obiciebatur spectaculum, vivide quantum quidem fieri poterat, animalis sanguinem effundentis, sui vicarii, convulsionibus, quæ mortem, quam ipse meruisset, faciunt tremendam. Itaque gloriolam non quaeramus, neque virtutem, in eis, quæ naturam excedunt, sed potius ad ductum religionis revelatæ, respiciamus ad illa, illaque exerceamus, quibus ingeneratus affectus moderari, horrores minui & triumphus de morte, etiamsi ei succumbamus, agi poterit. Illum succumbens in fide, virtute atque meritis Optimi Maximi Sospitatoris sustentata & erecta, nunc egit Matrona Prænobilissima, cujus nomen & honores in fronte hujus tabulæ designavimus: Lucem vidit Bremæ A. 1698. d. 12 Julii, genita a parentibus conspicuis, Patre Viro Nobilissimo JOHANNË EBERHARDO PAVENSTEDT, mercatore felicissimo juxta & integerrimo, Matre foemina ornatisima GESA LAMPE; Avæ T. T. HENRICO PAVENSTEDT, mercatore in Hertzebroek, Avæ T. T. ANNA MARGARETHA RAMEYER. In maternis majoribus, numerat Avum, Virum Nobilissimum & Amplissimum HENRICUM LAMPE, Negotiatorem, laudabilis primum Collegii Seniorum sodalem, dein Patriæ Senatorem, Aviam T. T. GESAM BOENING, filiam Amplissimi Senatoris ALARDI BOENING & EMMÆ BUSDORF, natæ T. T. DIDERICI BUSSDORP & EMMÆ KULENKAMP; Proavum T. T. HENRICUM LAMPE, Proaviam T. T. ADELHEIDEM VARENHOLZ, filiam DIDERICI, & GESÆ HOYER, natæ Senatoris JOHANNIS HOYER; Abavum denique HERMANNUM LAMPE & Abaviam CHRISTINAM VAGD. Gavisa a teneris educatione omnibus modis proba, cura Matris, in eis quæ sexum ornant animumque ad familiam regendam & matronale decus reddunt aptum, Patris simul ad sinceram pietatem, in qua is exemplum præluxit insigne, condecorans ea, puriora sacra, ad quæ transierat, & vim veritatis quæ est ad pietatem, in sanctificanda vita, suis moribus, manifestam reddens. Profecit feliciter, virtutum fructibus, per omnem vitæ ambitum suavissimum odorem spirantibus, Parentique æqua rependit, dum illo viduo, hymenæos omnes recusavit, quo eum sublevaret in negotiis domesticis & ætate senili. Post ejus demum obitum, concessit in vota Viri Illustris & perquam Magnifici HENRICI LAMPE Jure Consulti præclarissimi, Senatoris Amplissimi & postmodum Consulis Reipublicæ Senioris inelyti, Ecclesiarumque in agro Vilitatoris, nuptiis celebratis Ao. 1732. d. 18. Nov. Connubium illud variis fortunæ bonis, ac rara animorum consensione beatum fuit, usque quo Ao. 1756. d. 21. Martii obitu B. Consulis, solveretur. Fœcundum

dum quoque fuit bina prole, *primogenita* mascula filii JOHANNIS EBERHARDI matura morte extincti, & *secundo genita*, superstiti adl ue, matrisque obitum lugente, Fœmina condecoratissima ANNA LAMPE, nata A. 1737. d. 6. Martii, quæ faustis hymenæis A. 1755. d. 22 Aprilis junctæ est, Viro Nobilissimo, Consultissimo & Doctissimo JOHANNI ABRAHAMO AHASVERUS J. V. D. & Profesori Clarissimo, Collegæ nostro conjunctissimo. Memoria pie defunctæ perpetuo cara erit bonis omnibus & piis, ob civiles æque ac Christianas, quibus eminuit virtutes. Comis & affabilis absque fastu, munifica in egenos, tenerrimo affectu erga Maritum, liberos & cognatos ducta, vanitates seculi singulari modestia vitando, curabat utrumque & domum & animam citra alterutrius detrimentum. Devotam Deo mentem testata, non publice solum in sacris coetus congregationibus, sed & privatim tum exercitiis pietatis quotidianis, tum colloquiis de rebus ad salutem æternam & vitam sanctam spectantibus. His cupediis magis, quam eis rebus, quæ sensus deliniunt resecta ad meliorem sortem, quam novit, quam elegit, quam desideravit, ex hac vita transiit. Tabernaculum corporis circumtulit debile, variis morbis læpius concussum, sæpius lacerationem & ruinam minantibus. Accessit die 26 elapsi mensis Apoplexia gravis, quam difficillima symptomata comitabantur, qua confecta die 6 hujus mensis, circa horam matutinam 8vam, animam Deo reddidit, morte placida, cujus a natura infitos horrores, Christo auspice, fidei exercitiis, & adsueta ad illius tetricum conspectum, in tot iterato præcedentibus morbis, vicit, imo plusquam victrix evasit. Inferetur corpus hodie sub hor. I. sepulcro in templo Ansgariano. Vos Cives nostros exsequias ituros, nulli dubitamus, memores fore, meritorum B. Mariti, rerum nostrarum olim Statoris, ut & Clarissimi Generi, quibus in vestra commoda large fruimini. Tu vero Lector Vale & negotia Tua cum moribus sic compone, ne confundaris, morte suo pede, fores Tuas pulsante. Pos. d. 10 Decembr. A. MDCCLIX.

